ctima que pro peccatis fiebat. epulantem patrem inducit filius ut ostende
ret quod patris cibus est salus nostra et patris gaudium nostrorum redeptio pec
catorum est. Et hic quidem si ad patrem referas quae hostia pro peccatis filius
est. delectatur pater reditu peccatoris. supra delectatur filius inuen-
ta oue. ut scias quod una patris et filii delectatio. una operatio
in ecclesie fundamento. Letatur autem pater quod filius perierat et inuen-
tus est. mortuus fuerat et reuixit. Ille perit qui fuit. non enim po-
test perire qui non fuit. Itaque gentes non sunt. christianus est. iuxta quod sup
dictum est. que elegit deus que non sunt. ut que sunt destrueret. Potest quoque et hic in uno ac
cipi species humani generis. Fuit adam et in illo fuimus omnes. periit a
dam et in illo omnes perierunt. Homo igitur in illo homine qui perierat refor
matur et ille ad similitudinem dei factus et imaginem. diuina patientia
et magnanimitate reparatur. Que est igitur. elegit deus que non sunt. ut que sunt destru
eret. Id est elegit populum gentium qui non erat. ut destrueret populum iude
orum. Potest et de agente penitentiam dictum uideri. quod non moritur. nisi quod a
liquando uixit. Et ideo gentes non moriuntur. sed mortui sunt. Etenim qui in
christum non credit. semper mortuus est. Et gentes quidem cum crediderint.
per gratiam uiuificantur. qui uero lapsus fuerit. per penitentiam reuiuiscit. Se
quitur locus ut remittendis post penitentiam debeamus fauere pecca
tis. ne dum uenie alterius inuidemus. ipsi eam non mereamur a domino. Quis
enim es tu qui domino contradicas. ne cui uelit culpam relaxet. cum tu cui uo
lueris ignoscas. Vult rogari. uult obsecrari. Si omnium iusticia.
ubi dei gratia. Quis tu es qui inuideas deo. Et ideo notatur hic frater usque adeo
ut de uilla uenire dicatur. hoc est terrenis operibus occupatus. ignorans
que sunt spiritus dei. ut denique numquam pro se uel hedum queratur occisum. Non enim pro
inuidia sed uenia mundi agnus est immolatus. Inuidus hedum querit.
innocens agnum pro se desiderat immolari. Ideo et senior dicitur. eo quod ci
to aliquis per inuidiam consenescat. ideo et foris stat. eo quod maliuolen
tia eum nimia liuentis excludat. Ideo chorum et simphoniam audi
re non potest. hoc est non illa theatralis incentiua lasciuie nec auli

Lizenz: CC-BY-NC – Einsiedeln, Stiftsbibliothek, Codex 166(413), p. 253 – Ambrosius ‹Mediolanensis›, Expositio Evangelii secundum Lucam (http://www.e-codices.ch/de/sbe/0166/253)